



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 9. Cautio in judicijs adhibenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

intrauit coram fratribus suis ad scortū Madianitidem, vidente Moysē, & omni turba filiorum Israël, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingressus est post virum Israëlitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet, & mulierem, in locis genitalibus. Cessauit q̄ plaga à filijs Israël. Placuit ergo Numini illud iudicium & Phinees, & Israëlitarum; & tamen non placuit hoc iudicium, quod de Vitalio isti tulerant, quorum vnum inflicta alapa, immissoq; imundo spiritu, ob suam temeritatem castigauit.

§. IX.

Cautio in iudicijs adhibenda.

Nimirum aliud est, iudicium ferre de leuis armaturæ homine, aliud de viro in virtute diu probato, qualis fuit Vitalius sexagenarius, inter Sanctos educatus, & tot annis sanctè conuersatus; de quo etiam non sanctos adeunte, nihil debebat, nisi sanctum iudicari. Immò laudabiliter facit, qui etiam de plebeio non laudabile quiddam faciente iudicium suspendit, vel excusationem quaerit. Non iudicemus quemquā, ait S. Ephrām, S. Ephr. quia non nouimus eius pœnitentiam: neq; si quid paræn. 4. viden-

videntem, aut loquentem aspexerimus, cum nobis exploratum non sit, quo modo in sua cella vitam degat; aut cuiusmodi erga Deum laborem subeat. Ideo unumquemque nostrum oportet sibi ipsi attendere, quia singuli nostrum DEO rationem reddituri sunt. S. Ambrosius, non iam alapam, pro alapa, neque humanum iudicium temerarium (quod tamen plerumque etiam pro temerario iudicio reponitur) sed diuinum, & iustum, & seuerum docet, pro temerario patiendum, ita enim loquitur: *Grave est de alio iudicare. Vnde & scriptum est: Nolite iudicare, & non iudicabimini. cum enim vnusquisque sit suorum conscius peccatorum, quo modo potest de alterius iudicare peccato? Iudicet de alterius errore, qui non habet, quod in se ipso condemnet. Iudicet ille, qui non agit eadem, qua in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla lenitate ducatur. Itaque dignus fuit ille impurus homo, qui ipse Veneris causa ibat ad meretrices, vt, quia Vitalium eodem animo illuc subire iudicabat, eumque idcirco verberare non verebatur, vicissim quoque ipse verberaretur; & palam*

heret

S. Ambr.
ser. 20.
Luc. 6, 37.

quod in se ipso condemnet. Iudicet ille, qui non agit eadem, qua in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla lenitate ducatur. Itaque dignus fuit ille impurus homo, qui ipse Veneris causa ibat ad meretrices, vt, quia Vitalium eodem animo illuc subire iudicabat, eumque idcirco verberare non verebatur, vicissim quoque ipse verberaretur; & palam

fieret vbiq; Alexandria, eum reuera esse,
quod in altero temerè iudicauerat.

§. X.

Quo modo iustum iudicium iudicandum?

Hæc de iudicio temerario dicta, non tol-
lunt omne iudiciū. Vnde S. Ambrosius adie-
cit: *Iudicet ille, qui ad pronuntiandū nullo odio,
nulla offensione, nulla leuitate ducatur.* Et S.
Basilius ait: cū Dominus aliàs dicat: *No-*
lite iudicare, & non iudicabimini: aliàs verò
Iustum iudicium iudicandum esse præcipiat, ne-
quaquam in vniuersum interdicitur nobis, quò
minus iudicemus, sed in iudicio faciendo, jube-
mur delectum habere, quem dilucidè monstra-
uit nobis Apostolus, qui de his quidem, qua posita
sunt in libera cuiusq; potestate, dixerit: Tu autē,
quid iudicas fratrem tuum? Et iterum: Non
ergo amplius inuicem iudicemus. In his verò,
qua displicent Deo, eos reprehendat, qui non ju-
dicant. Itaque, teste S. Augustino. Duo sunt,
in quibus temerarium iudicium cauere debea-
mus: cū incertum est, quo animo quidque fa-
ctum fuerit: vel cū incertum sit, qualis futu-
rus sit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet.
Si ergo quispiam, v g. conquestus de stomacho je-
iunare noluit, & tu id non credens, edacitatis
vitio tribueris, temerè iudicabis. Item si ma-
nifestam

S. Basil. in
regulis
breuior.

q. 164.

Matth. 7.

1.

Ioan. 7.

24.

Rom. 14.

10.

S. Augu-
stin. lib. 2.

de Ierm.

Domini

in monte

c. 28.